

Joachim Otto


Justitia Per Mundum Ambulans

Gustroviæ: Typis Johannis Lembkii, A. MDCCIX. D. VII Januarii

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn175699594X>


Druck Freier  Zugang





Schmidt
37

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin



JUSTITIA
PER
MUNDUM
AMBULANS.

1709.

7.



Mutavit Sol jam cursum suum,
ut Novus iterum nobis Annus sit, quem DEUS etiam jubeat felicem esse omnibus!
Mutavit etiam Justitia sedem, illa quidem Provincialis,
quæ Parchimi hætenus morata,
dum nullus habitandi locus est in vita tam mutabili:
sedemque illam PRINCIPUM repetiit GÜSTROVIAM,
unde leges suas ex longa annorum serie accepit populus Mecklenburgicus.
Mutavit, inquam, sedem, non animum, non vim suam, voluntate
Serenissimi Principis ac Domini,

DOMINI
FRIDERICI VVILHELMI

Magni Ducis Regentis per terras Mecklenburgicas,
Domini Nostri longè Clementissimi,
ipsum Solem imitata, qui eandem lucem retinet, obambulans tamen,
ut terræ magis provideat.
Ea quippe natura est justitiæ,
ut ambulet per homines, velut ephorus, suum cuique tandem tribuens,
quamdiu sensus aliquis superest Rationis,
quæ ipsa etiam ambulat cum Homine, rerumque naturam perspicit,
ut discrimen inde pateat boni & mali.
Ita verò DEUS se nunquam intestatum esse permittit
ipse ambulans inter fideles suos 2. Cor. VI. 16.
ut pariter habeant ambulantem inter se justitiam,
quæ præsentem DEUM testetur ex ipsa rationis & legum virtute
tam sensibili tamque manifesta, ut nec gentili locus sit excusationi Rom. I. 20.
Non ergo evanuit justitia ex mundo, non oberrat semper,
sed ambulat modo, legisque suæ vim explicat magis hominibus,
sicut ille fortius videtur docere & significantius, non qui sedet semper,
sed qui ab uno ad alium ambulat,
illaque etiam Philosophia præ aliis hætenus Rationis usum exposuit,
quæ peripatetica audit;
& flumina magis terram rigant hominumque usum juvant,
dum obliquè & per sinus devolvuntur deambulantis more ad alias etiam terras:
quin navis utilius inservit hominibus, quæ movetur à littore ad littus,
non quæ diutius hæret in uno loco.
Aluit inde ipsa Anglia suos olim *Justitiariorum ambulantes*,
ipsique gentiles simulacrum Themidos ad judices variè deportarunt:
Et licet Astræam finxerint cælum, unde venit, repetiisse,
locarunt tamen eandem in signo Virginis,
unde terram velut supernè circum ambulat, eamque simul illustrat.

Stans

Stans scil. depingitur justitia,
velut parata semper ad omnes discedere, ut singulis liceat eam adire:
suosque ipsa habet mittitque judices arbitrarios,
qui in rem præsentem dicuntur ire,
quo magis appareat ambulans justitia, constans illa & perpetua voluntas.

Non ergo mirum,
Tribunal illud Provinciale Parchimo ad nos etiam esse translatum,
maximè cum initio GÜSTROVIA velut sedes propria fuerit omnis justitiæ,
unde sibi consuli voluerunt Mecklenburgici omnes
& ætate *Henrici Pacifici, Fratrisque Alberti Pulchri,*
& *Ulrici* ætate, qui, dum viveret *Johannes Albertus*, ex pacto bis voluit
per annum GÜSTROVIÆ jus dici universis Mecklenburgicis, bis verò SWERINI,
& defuncto tandem fratre, rem omnem justitiæ ipse solus ceu Tutor etiam
Güstrovix administravit.

Concessere jam huc Parchimo circa Johannis festum
judices rerum nostrarum Summi

VIRI jllustres, laudeque nostra majores

Dn. BARTRAM CHRISTIANUS HOINKHUSEN, Vice-Præses.

Dn. JOACHIMUS SCHRÖDER,

Dn. HENRICUS CONAU

accefferie hîc

Dn. PETRUS TORNAU.

& Dn. de PLESS, ex fama:

illisque se adjungunt per singulos anni quadrantes extra ordinem
ex equestri dignitate

VIRI Perillustres terræque Mecklenburgicæ à Consiliis gravissimi

Dn. Cuno Philipp de Bassevitz.

Dn. Joachim Diedericus de Pless.

Dn. Otto Christophorus de Halberstadt.

Dn. Christian Wilhelm de Lehsten,

& civitatum nomine

VIRI Magnifici & Amplissimi

Dn. D. Johannes Joachimus Tielcke,

Dn. D. Matthæus Giese,

Consules ille Rostochii, hic Parchimi gravissimi,
& qui Güstrovix nomine in locum jam beatè defuncti

Dn. D. Christiani Schulgen/ Consilarii aulici iterum succedet.

Subsequuntur etiam causarum Patroni & Procuratores,

quo quisque receptus est tempore,

Dn. D. Joachim. Reppenhagen, Fiscalis,

item

Dn. D. Joachim. Hagemeister. Dn. D. Joachim. Landreiter.
Dn. D. Johann. Conrad Wolff. Dn. D. Christoph. Knövenagel.
Dn. Carolus Sibeth. Dn. Lic. Christian. David Schröder.

item qui à literis & à secretis sunt

Dn. Lic. Henricus ~~Krafft~~ / Protonotarius, &
Dn. Daniel Frideric. Clatten, Secretarius,

& qui Amarienses sunt

Dn. Nicolaus Fredenhagen.

Dn. Adolph. Frider. Wilbrand.

Dn. Martin. Alart.

Dn. Johannes Ramp.

Agmen claudit Dn. Daniel Frideric. Strasburg, Fecialis seu Bedellus.

En Majestatem Tribunalis Mecklenburgici!

quæ Güstroviam nunc collustrare cœpit.

Quare DEUM collauda, GÜSTROVIUM, gaudeque tanta DEI gratia,
quæ iterum Tibi contigit in spem præsentis auxilii contra turbatores quoscunque,
favente tam clementissimè Rebus iterum tuis

FRIDERICO VVILHELMO.

Præbunt suo hic pietatis exemplo ex Scholastico cœtu
Tantæ rei novæ sub novum demum annum applausuri,
dicturiqve sine ordine inter se suo

JOACHIM HENRICUS SCHRÖDER, *Swerin. tq. Prologus.*

JOHANNES FRIDERICUS PLAHN, *Rostochiensis,*
de justitia in se & legibus humano generi absolute necessariis;

FRIDERICUS PASSOW, *Zarenstorff Mecklenb.*
de justitiæ conjunctione cum literarum Studiis;

CHRISTIANUS JOACHIM. BLANCK, *Güstrov.*
de variis appellationibus judiciorum apud antiquos;

VALENTIN JULIUS STEIN, *Pomeranus,*
de pœnarum justitia;

JOHANNES BERNHARDUS QUISTORP. *Rostochiensis,*
de justitiæ variis in mundo fatiis, etiam in Germania;


FRIDERICUS OLDENBURG, *Bützovienſis,*
de historia Tribunalis hujus cum gratiarum actione.


Quibus ut benigna aurium gratia in Gymnasio nostro cras fiat hora à meridie II.
à Viris Perillustribus, Generosis & quotquot præterea in eminenti
& quacunqve dignitate sua versantur, quam obsequiosissime jam contendit
simul precans Güstrovienſibus justitiam fixam, crescentemqve
cum novo dierum incremento lætitiâ

JOACHIM. OTTO, Rector.


GÜSTROVIÆ,


Typis JOHANNIS LEMBKII, SERENISS. PRINC. Typographi Aulic.
A. M DCC IX, D. VII JANUARI.











lio modo sint solliciti. 23.
magnum, quod sum iux
solabilem Scholae Par
is Dolorem, ex tanti
oni amissione, recuz
Defferatione, cum
eo primogenito
Johanni Cordes,
Parth: Mecklenb.
jam edisserere et der
ing finem vestrum
imperarim, ^{non} sub abitur
eo ipso recrudescat
Dolor, augeaturque
salutis moeror, sed
potius